UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Textus dominice passionis ex quattuor euangelistis

Jacobus, Magdalius

Colonie, 1503

VD16 B 4679

Jniuriosa coronatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-30846

Visual Library

ligauerũt ad arborẽ manibꝫ ⁊ pedibꝫ ¶ Myſtice Holofernes interp̄tat̄ infirmitas diſcretõis q̄ ſcꝫ fuit in p̄ilato q̄ p̄cepit militibꝫ ſuis vt appre/henderẽt Achior .i. fratris vel lumẽ ⁊ ſignat xp̄m quẽ app̄hẽdẽtes liga/uerunt nõ ſolum manibꝫ ſed etiã pedibus

Iniurioſa coronatio. Et plectẽtes co/ronam de ſpinis poſuerũt ſup caput eꝰ ⁊ arũdinẽ in dextera eius. ⁊ genuflexo ante eum illudebant dicentes. Aue rex Judeorum. Et da/bant ei alapas. Et expuentes in eum acceperunt arundi/nem ⁊ p̄cutiebant caput eius.

Figura Habet̃ Geneſis. xx. vbi legit̃ de ariete inter vepres herẽ/tẽ cornibꝫ. quẽ aſſumẽs abraã obtulit in halocauſtum ſu/pra montem. ¶ Myſtice. Aries iſte xp̄m ſignat quem deus pater per Abraam ſ̄catũs in monte caluarie pro genere humano oblaturus vo/luit prius corona ſpinea coronatum a perfidis iudeis illudi et deſpe/ctui haberi

Quarta decas.

Manifeſta oſtenſio. Exiuit iterũ Pilatus foras ⁊ dixit eis. Ecce adduco eum vobis foras vt cognoſcatis. quia in eo nullã cau/ſam inuenio. Exiuit ergo ieſus portãs ſpineã coronã ⁊ pur/pureũ indumentũ Et dicit eis. Ecce homo.

Figura Hic p̄lex̃ q̄ habet̃ j. maccabeoꝝ. x. vbi legit̃ ꝙ quidam viri peſtilentes ex iſrael ⁊ viri iniqui cõuenerũt aduerſus Jonathan interpellantes aduerſus eum coram Alexandro rege Rex aũt iuſſit ſpoliari Jonathan veſtibus ſuis ⁊ indui purpura indutumqꝫ ad medium ciuitatis p̄duci ⁊ populo oſtendi. ¶ Myſtice. Uiri peſtilẽtes ſunt iudei qui ꝯuenerunt aduerſus Jonathan qui interpretatur colum/ba adueniens ⁊ ſ̄cat chriſtum innocentem quem Alexander. id eſt pila/tus fecit purpura indutum ad ſpectaculum adduci.

Omniũ acclamatio. Cũ ergo vidiſſent eum pontifices ⁊ mi/niſtri clamabant dicẽtes Crucifige crucifige eum. Dicit eis pilatus accipite eum vos ⁊ crucifigite. Ego eñ non inuenio in eo cauſam. Reſp nderunt ei iudei. Nos legem habemus et ſ̄m legem deb . mori.